



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Praestat, paucos esse bonos, quam multos inutiles, Sacerdotes. 35

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

CELEBRATI,

PARS PRIMA.

137

*Ex Tol. c.
anno. 10.
q. 3.*

est, Clericum in duabus Ecclesiis conscribi non oportere; quod difficile videatur ut unus vicem duorum sustineat, & absurdum si promiscui actibus rerum turbentur officia. Id verò imprimis noxiū est, ubi plures Parochiæ seu Dignitatis uni Presbytero committuntur, quod solus per omnes Ecclesiæ nec Officium persolvere nec rebus earum necessariam curam impendere valeat. Quare tam eos qui de Sacerdotiis ejusmodi disponendi potestatem habent, quam qui ea, cœca cupiditate duci, ambiunt, commonitos volumus, ut suos affectus Canonici instituti submittant; qui vero Dispensatione Apostolica adversus hæc se tueri velint, ut causam dispensationis obtentæ Deo comprobent. Neque enim sublimes atque admodum literatas personas suo privilegio nudamus, modò illo recte & secundum Deum utantur.

C A P. XXXIII. *Dispensationes inspiciendæ, ut occurratur abusibus.*

*Ex Conc.
gen. c. de
multa, de
Prabend.
& Dignit.*

I Cor. 10.

*Ber. ad
Eug.*

I Cor. 4.

Psal. 7.

*Ber. ad
Ruper.
cog.*

*Ex Conc.
Lug. c. ord.
de offi. ord.
lib. 6.*

*Hier. ad
Nepot.*

Quam impudenter plerique diplomatis ac dispensationibus, apud Sedem Apostolicam extortis, præter summi Pontificis mentem (qui & vult & debet porestat fibi concessa, non ad destructionem, sed ad ædificationem uti) abutantur, nullus est qui ignoret. Non prohibeo (inquit quidam vir pius) dispensare, sed dissipare. Dispensatio quidem credita est: sed hic jam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. Quanquam apud illos maxima culpe pars residueat, qui, vel nulla vel minus legitima vel etiam ficta causa supplicatoriis precibus inserta, dispensationis techorum tandem eliciunt, quos apud Deum, qui renes & corda scrutatur, omnemque hypocrisim ac fraudem execratur, securos quis dixerit? Nemo tibi (ait idem ille quem jam citavimus) de dispensatione Apostolica blandiatur, cuius conscientiam Divina sententia tenet alligatam. Sed, quia pauci sunt in quorum conspectu est Deus, plerique vero qui sacra autoritate pro sua libidine passim abutuntur; fit, ut Lugdunensis Concilii, sub Gregorio X celebrati, non infalibus decretum, adverfus insolentiam ejusmodi hominum, in usum revocare cogamur: quo subnixi, cunctis, qui talibus diplomaticis fibi blandiuntur, necessitatem impone-

mus, literas suas Nobis exhibendi, visuris, num rite impetraverint, ac recte impetratis utantur. Et, ut quam maximè robustæ sint dispensationes istæ, curabimus tamen, ut menti Canonis ac summi Pontificis satisfiat: videlicet, ne animarum cura in his Ecclesiis, Personatibus, seu Dignitatibus, quas sub hoc prætextu occupant, negligatur, nec Beneficia ipsa debitibus obsequiis defraudentur.

C A P. XXXIV. *In resignationibus
ac permutationibus Beneficiariorum,
qua cura adhibenda.*

POstremo, quum Nobis haud clam sit, in resignationibus permutationibusque Beneficiariorum, multa ancipitia perjuria committi ab his, qui frequenter subito ac non præmeditati, aut ipsi aut per suos Procuratores (id quod ejusdem reatus ac culpæ est) jurejuringo ante manus impositionem testantur, in hujusmodi resignationibus seu permutationibus nullam Simoniae labem aut aliam illicitam intervenisse corruptelam, cum res crebro longe fecus habeat, per quod illi gravem in se Dei iram procul dubio provocant: majori cura, diligenterique, quam antehac fieri confuevit, pervestigatione prævia, hæc juramenta recipi convenient.

C A P. XXXV. *Præstat, paucos esse bonos quam multos inutiles Sacerdotes.*

ET ut cum Divo Clemente hoc caput concludamus, Melius est Episcopo, paucos habere Sacerdotes ac Ecclesiæ ministros qui possint digne opus Dei exercere, quam multos inutiles qui onus grave Ordinatori adducant.

C A P. XXXVI. *De Visitatione ultimo loco dicendum.*

DE Visitatione (quæ est altera muneris Nostri Episcopalis pars) hic dicendi locus non fuerit importunus. Expedientius tamen erit, hanc partem in ultimam harum Syndicalium institutionum classem rejicere, quod illuc tractetur commodius majorique cum fructu, nimis traditis jam atque expositis regulis, ad quas oporteat, veluti ad amissim quandam Visitationem redigere, ordiri atque peragere.

PARS SECUNDA.

CAP. I. *De Officio privato ac publico, vitaque ac moribus Clericorum generatim.*

Qui exacte volet cognoscere Clericorum officium & vitam, is Divum Hieronymum ad Nepotianum, ac ceteros

Patres, non minus eruditione quam vita fanaticimonia claros, qui de hac re ex professo justis voluminibus scripsérunt, perlegat. Sat Nobis in præsentiarum erit, carptim quedam delibare, ex quibus Clerici Nostri summarim deprehendant, quam longe lateque à recta semita